

Franckesche Stiftungen zu Halle

Sacra Passionalia

Franckesche Stiftungen zu Halle Halæ Magdeburgicæ, Anno MDCCXV.

VD18 13082426

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-196767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-196767)



130 E:6

Institut

5.
[4]
**SACRA
PASSIONALIA.**

IN USUM

**PÆDAGOGII BERGENSIS
MAGDEBURGII.**

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis ORPHANOTROPHEL

Anno MDCCXV.

5



PRECATIO MESSIÆ

ante PASSIONEM

Joh. XVII.

ULtima verba suis obsignaturus IËSUS,
Sustulit in cœlum sanctissima lumina, dicens.
O Pater! hora venit, venit hora: mihi effi-

ce, quæso,

Ut tuus in clarâ cernatur luce refulgens
Filius, & pariter dignè tua Numina pandat.
(2) Scilicet ipsi à Te donata est cuncta potestas
Carnis in humanæ genus omne, ut, quicquid
eorum

Sorte datum accepit, vitâ sine fine coronet.
(3) Atqui hæc vita æterna, Deum ut, ludibria

contra,

Te solum verum agnoscant, &, quem ipse me-

dentem,

Misisti, Jesum Christum, mortalibus ægris.
(4) Gloria tu cœli ac terræ; talem, ecce! do-

cendo

Te, Pater, exhibui notum hâc telluris in orâ:
Atque opus exegi, me quod patrare volebas,
Ceu donum, mihi dulce, tuum. (5) Nunc Tu

Pater, oro,

Jaçtatum in tenebris, totum me amplectere;

pridem

Corpore frangendo tibi qui in Crucis immo-

lor arâ:

Indue

Indue apud te ipsum nunc me splendoribus
illis,
Quos habui tecum, nullus quum mundus hic
esset.

(6) Nominis alma tui patefeci arcana medul-
lis

Horum hominum, mihi quos proprios ex or-
be dicâsti.

Sunt tibi, erântque tui: sed tu mihi, more
parentum,

Cedere eos gaudes. Non isti fallere nôrunt
Jussa, tuum firmo servantes pectore verbum.

(7) Jámque sciunt, à Te quòd sint, quæcunque
dedisti

Tu mihi. (8) Nam, mihi quæ dederas pulcher-
rima dicta,

Tradidi eis: læti quæ percepêre, tenentes
Notitiâ verâ, me à te exivisse paterno

E gremio; ac certo Vatum solamine docti
Credientesque, in humum tua me promissa

tulisse.

(9) Mitto preces ad te pro sic credentibus orbis.
Non jam pro mundo, Genitor, mea vota la-
borant:

Pro grege, quos donas, oro; pro gente tuo-
rum.

(10) Quin mea quæque tua, & tua sunt mea,
quæque vicissim:

Gloriâque alta, & honor meus, inflammavit
eosdem.

(11) Haud verfabor ego posthac ante ora no-
centum,

Quos inter remanent soli: coelestia ad ora,
Ad te ego festinans, venio. Pater Optime,
Sancte!

Luce tui oblatâ succensos deinde tuere,
Confirmâque: mihi sanctâ hac quos lege sa-
crasti,

Unum animo qui sint; veluti nos numine in
uno.

(12) Quando cum iis unâ perverso in tempore
vixi,

Præsentes patrio stabilivi in nomine præsens.
Custodita vides tibi pignora: nemo relictus
Illorum ex numero periit, nisi perditus ille
Filius exitii; ne quâ Scriptura vacaret.

(13) Ecce autem, propero nunc ad te: extrema
profarus
In solo ad undenos, completa ut gaudia sem-
per,

Gaudia, quæ mea sunt, habeant cum pace
perenni.

(14) Mentibus his tua ego, commissa fidelibus,
Ore ministravi responsa: at futilis ætas [apto
Funditus odit eas; quoniam vestigia nulla
Moribus è vitæ pravis traxêre, perinde
Ac ego corruptæ sum consuetudinis expers.

(15) Nec rogit, ut tollas humana ex facie, fo-
ventes

Spargentésque salis divini semina passim:

Vin-

Vindica eos, servans sceleratâ è peste malo-
rum,
Spiritus ille Malus ne quem, & malus auferat
error.

(16) Mundum isti haud spirant: ut ego nil de-
beo mundo.

(17) Unica vera tua est virtus: tuus unica sermo
Vera scaturigo sancti omnis, & omnis honesti.
Fonte hoc perfundas præcordia fida piorum,
Flagito, ut emineant sancti de flumine vivo.

(18) Ad mortale genus sicut me mittere visum
Est tibi, sic misi miserando è sanguine lectos
Mortales ad idem. (19) Méque ipsum consecro

sanctum:
Victima sancta adsum, me, me super omnibus
illis

Offero; ne vitæ mortisq; in cardine quidquam
Defuerit meriti, cur non sanctissima veri
Excipiant elementa sibi, interiùsque recon-
dant

E verbo; verùm ut condendum sanctius inde
Progenerent seclum. (20) Neque enim solum-
modò paucis

Fata benigna precor, sed juxtâ, quotquot eo-
rum

Doctrinæ ductu fidei me ardore sequentur:

(21) Quippe, ut inexhausto studio mens omni-
bus una

Insideat; quali lætamur simplice nexu,

Tu Pater intra Me omnipotens, atque in Te
Ego Natus;

Ut simili vincolo, experti cœlestia dona,
Sint maneantque unum in nobis; utque incola
terræ

Exploratum habeat, me à te hæc in munia
missum.

(22) Tum jubar his etiam, quo me radiare jube-
bas,

Confero: nempe, meæ facta & miracula dextræ
Æmula; &, inter se nostrâ coalescere flamma
Uniti ut valeant, ut nos existimus unum.

(23) Talis ego in membris habitans effundor
amaris,

Túq; in me totus: sic consummantur in unum;
Cognoscéntque alii, quòd Tu, me in secula le-

gans,
Uno eodemq; meos, quo me, digneris amore.

(24) Mi Genitor! mihi quos, quibus & cœli an-
nuis arcem,

Muneris esse tui, fateor: si velle licebit
Me quidquam, hos equidem mecum, volo,

semper & unâ
Esse, ubi sum. quia nam mecum tot funera passi,

Præsidioque meo freti, virtutibus ornant
Acceptum decus & vires divinitus hausas:

Conspicienda quoq; est tandem victoribus illis
Gloria cœlorum mea, quam fastigia nusquam

Terrarum attingunt, mihi quam das atque
parâsti.

Tanta

Tanta tibi in me uno fuit una æterna voluptas
Antè, globi ingentis quàm fundamenta loca-
res.

(25) Iuste Pater, mundus nec Te cognovit: at,
ecce!

Novi ego te; & nôrunt hi, quem me emiseric
autor.

(26) Horum corda tuum docui venerabile no-
men:

Protenus illud iis sat declarare colendum,
Ardeo; ut hinc ignis, quo Tu Me diligis unum
Unicè ab æterno, sit radicans in ipsis,
Simque ego fundatus Sancto Spiramine in-
iisdem.

En, Triados Sanctæ mysteria! Fac, Pater
alme,

In me ita sit Christus Jesus cum Flamine Sancto!
Fac, ut cognoscam Tua, quæ sunt Numina
Christi!

Da, DEUS, ô da me Christo! quem Tu aspi-
ce, & audi

Orantem pro me! da, mente capeffere pronâ
Illius atque Tuum verbum! da, Sanctus ut insit
Spiritus ipse mihi Christi ex sermonibus, alto
Pectore & ore fatis; monstretque, evadere
mille

Et Satanæ & Mundi insidias, atque unius Agni
Credere mille tui meritorum pondera, & Ejus
Admirari apices: ut sic perducatur in Unum,
Viscera visceribus Christi concordia reddens!

SCAZON,
De peccatis nostris, ut causâ
PASSIONIS DOMINI.

Attolle vultus, obstupeſce Peccator!
 Laborat, ecce! in morte fixus horrendâ,
 JESUS, Tonantis gnatus, & tui vindex.
 Non ille crimen perpetravit infandum,
 Percuſſor ut de factione Barabbas.
 Nil iſte, nil orſus mali, nihil fecit.
 At ecce, portat quale pondus & quan-
 tum!

Hæſterna lux pallens maligna Latro-
 num

Conſulta nigrum diſtrahebat in tempus,
 Primordia, heu! ne cerneret nefando-
 rum.

Nunc, quando ruruſum ſol equis fatigatis
 Suprema ſcandit; quando plenus effun-
 dit

Vitale donum, neſciens, ſe ubi abſcon-
 dat,

Obire Solem cùm videt Creatorem:
 Involvit atris nubibus caput totum,
 Ur terra cum ponto atque Olympus hor-
 reſcant.

Dic, ille portet quale pondus & quan-
 tum!
 No-

Noctis per umbras, quæstionibus pravis

Plagam inferens, infesta turba delusit
Regem & Prophetam maximum & Sacerdotem.

Dictu tremendum! per flagella fervorum,
Gentilium per sputa, missa in os sanctum,
Per tot cruentos asperæ necis tractus,
Raptavit ipsum grex sacer sacerdotum:
Regnator immortalis ut nec humanam
Homo ampliùs formam gerens, neque apparens
Mortalis, esset mortis horror & pallor.

Dic, quæso, portet quale pondus & quantum!

Affigitur Rex optimus Crucis truncoco,

Natura quem fœtum edidisse complorat.

Ah! pendet inter regiam Patris summi,
Imàmque tellurem, hoc malo fatiscentem:
Nec maluit, nec velle maluit solvi.

E corpore omni liquitur Dei sanguis:
Jamque ante mortem, se fitire, proclamat;
Jamque oppetit, præ mole verticem inclinans.

Dic ergò, portet quale pondus & quantum!

Si nulla novit crimina ipse per vitam,
Evangelistæ testimonio ut fatur:

Vestrūm quis ullo me arguet vel errato?

Virente ligno tam atra fata perpeſſo,

De ſemper areſcente vite quid fiet?

Eſt ſæva magni dextra Numinis, Na-
tum

Quæ ſic premit, Natum ſalutis auto-
rem,

Natum ſuæ, quem & ſanctitatis exem-
plar

Commendat orbi, congruum voluntati.

Ergò hic ferox hunc filium obſecundan-
tem

Cingit furor? virtusque mitis irritat

Iram paternam, ut ſit Pater paternorum

Morum immemor, qui, lenitatis oblitus,

Severitate in Veritate abutatur?

Vel tu, putas ſi indigna dicta, dic: Gna-
tus

Quid inclytus fert tale pondus & tan-
tum?

Attolle vultus, ingemiſce Peccator!

Peccata ſunt. peccata nulla, reſpondeſ,

Commiſit. ergò tu intueri te totum,

Qui totus horres pravitate pollutus.

Aut

Aut portat ipse in se sua, aut reportantem
Tormenta, credas, bajulare te totum.

Haud tolle vultus; erubescere Peccator!
Omisit is nullum genus ferendorum,
Omissa ob ipsa mille nostra maectatus.
Si tu profundâ mente Protoplastorum
Primum nefas, cum labe, quâ laboramus,
Intra tuum pectus sinûmque vestigas:
Demitte frontem, atque exsecrare pecca-
tum.

Sit mortis umbra, ac sit tibi Cruci affixum!

Sic tolle vultus; acquiesce Peccator!
Hæc cuncta, quæ divina vulnerum lustras,
Delicta delent omnia, & tuas noxas,
Si te dolentem pœnitere culparum
Spectaverint, gavisa cum suis rivis.

Attole palmas, ora, corda, Peccator!
Persolve grates: cernis & triumphantem
Hunc mortuum. nam ex morte, vinculis
ruptis,

Ni surgeret nostrum Caput; nihil posset
Nos membra cœlorum juvare conatus:
Ast eja lethum vicit, ac polum scandit.

Attolle plantas, ut sequare, Pecca-
tor,
Peccata vitans! quale pondus & quan-
tum!

ELE-

ELEGIA EUCHARI-
STICA,
super effatis septem
in CRUCE.

CHRISTE! omnes scelerum pœnas expen-
dis, ut AGNUS,

Tu nostras: contrà vox tibi nulla, ut OVI.
Verbera pro nobis, JESU! quàm sæva tulisti,
Vulneribus quantis horrida fata necis!
Verba sed è placido quàm mitia corde flue-
bant,

Quum patiens, lueres crimina, & alta silens!
De Cruce suspensus das ultrò hæc prima: Remitte!

Dira remitte illis, quæ meruère, Pater!
Tam bonus interpres, vâsque ipse; ut scire
negâris

Hostes, se tantum perpetuare malum.
Tu fanda, infanda, ah, mea nota, ignota, Re-
demtor!

Respice sic etiam, ut nulla nocere finas.
At, priùs ignoscens aliis, fac, devia plorem:
Ne nequeat Nemesis dedidicisse fa-
ces.

Dicta secunda vocant latronem. Haud ambi-
ge, dico:

Mecum hodiè capiet te Paradisus amans.
Unde

Unde huic emicuit lux tanta in mente serenâ,

Pectore mutato qui tua regna cupit?
Non istum exemplar Procerum, maledicta,
profana,

Nec Crucis æqualis fors remorata diu.
Lumine, quæso, tuo & mihi toti illabere,
JESU!

Tu mihi, tu solus, tu Paradisus eris.
Tertia solantur Matrem. Tibi filius, ecce!

O mulier: tibi que, en! quæ sit habenda
parens.

Joanni cura hæc, ô tæque quaterque beato,
Imposita est, Genitrix ut. minùs orba foret.

Hinc ardente oleo, centùmque haud uritur annis,

Mandati quarti quem datus ambit honor.
Sic, DOMINE! & servas & servos provehis
omnes

In melius. Fidum me Tibi redde, precor.

Quartò exclamâsti, post tres caliginis horas;
Infernique trucidis millia tela ferens:

Mi DEUS, ô Deus, ô cur Tu me in morte
relinquis,

Unigenamque tuum deseruisse potes?
Unum hoc asperius visum, quod mollius omni
est:

Non Patrem incusat, qui se ait ire vadem.
Ob-

Obsecro: si teneor propter mea debita; spon-
for

Tunc ades his meritis, ut tibi solvar ego.

Me sitis excruciat! Fuit hæc postrema querela,

Atque eadem tibi vox ordine quinta Crucis.

Quid, Fons vive, sitis? nempe, ut discamus, in
imis

Renibus ob nostros Te doluisse dolos.

Quid, Fons vive, sitis? nostram tu nempe
salutem:

Quem tua & alma fames suevit amare ci-
bum.

Quid, Fons vive, petis? nempe, ut sitiamus,
amores

Audire, & pleno sumere corde, tuos.

Est consummatum! sextò addis, bina priora

Postquam Davidis signa dedere notam.

Verum est: nil restat, quod passurum esse, ca-
nebant

Fata, DEUM: plaudir libera nostra Fides.

Huc cursus fuit. huc tendebant omnia, no-
bis

Nuncius ut ferres tam bona Victor ovans.

Hæc mala, quæ toleras, bona sunt verè unica:
quorum

Viribus omne malum me superare, doce!

Denique commonstras; quæ sit fiducia, cu-
jus

Tramite nos deceat te super astra sequi.

Se-

Septima quæ profers, magno clamore trium-
phans,

Namque, tubæ ritu, classica nostra cient.
Spiritus humanus, mihi quem Pater ipse de-
disti,

Ecce! tuis manibus traditur ore volens.
Nullum Heroa unquam sic Sol vitam edere
vidit:

Discipulum at similem Tu tibi, Christe!
paras.

Septem Spirituum donis, hæc Ultima septem,
O JESU! semper me meminisse juva.

Oro. Remitte hosti, atque mihi! Paradisus in-
erret

Sensibus! Auxilio fim tuus usque tuis!
Fer, desertus, opem! Sienti suggere vires!
Incrementa auge! Spiritus esto meus!

Sed Tibi quam, pro me morienti, destino lau-
dem?

Laus tua res meritò est imperiosa mihi.
Ferre triumphales circum tua tempora lau-
ros,

Non licet: officium hoc præstitit Aula
PATRIS.

Stat, vitam mortemque, extrema per omnia,
foli

Ferre Tibi, & grato pectore thura precum.

F I N I S.

Septuaginta quatuor prophetas reges clamat et unum
phariseum

Namque imperator, etiam a nostris
Spiritus humanus, nihil quoniam Pater ipse de-

Recet! tunc inobediens timore volens
Nihil in Herodas imparet in sol vitam edere
vidis:

Discipulum ac summe Tu rabi, Christus!
paras

Spiritus Spirituum contra haec omnia sepiam
O ESU! semper me incommittit juva.

O Remitte hosti, argue nihil! Paradoxis in-
erret

Sedibus! Auxilio sum tuus usque tuis!
Hec, debetur operum! Nihil in ligore vestis!

Inveniens auge! Spiritus esto meus!
Sed Tibi quam, pro me moriens, delinquo lau-

dam?
Laus tua res merito est imperator tuus.


Pere triumphales circum tua tempora lau-
ros,

Non licet: officium hoc praestare Aule
PATRIS

Sic, vitam mortemque, extrema per omnia,
solli

Pere Tibi & grato pectore tota precor.

FINIS



130 E:G

band 296. 68.

